



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Venatio. Philostrat. in amoribus. Descriptio CXLVI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

substernitur, circa gemmis eximijs, & vnionibus adornatus: in ipsa smaragdini pedis solea, quam auream esse diximus, doni auctor, & causa literis incisã.

S C L O P V S.

Ex Massæo.

Descriptio CXLV.

Nondum apparuerunt gentibus ijs, nouæ subtilitatis, & operis admirandi balistæ:

oblongum in tubum, & æqualiter teretem, ex ære fusili figuratæ: quæ non funibus aut neruis intentæ singula mittunt spiculas sed inexcogitata priscis ratione: ad applicitos tenui ab tergo foramine igniculos, cum incremento multiplici rapiendos, certo primuna nitratæ, ac sulphurei pulueris modulo temperatæ: dein insertos ore patente ferreos ex auro globos, catenasque, & alia obturamenta, fulminum instar flammis cluantibus, cum horrendo fragore contorquent.



V E N A T I O.

Philostat. in amoribus.

Descriptio CXLVI.

Μηδὲ δ' λαγῶδες ἡμᾶς ἐκενοσὶ διαφευγέτω. σωθηράσω μὲν ἢ αὐτὸν τοῖς ἔρωσι. τὸ τὸ δὲ θηρίον ὑποκαθήμενον ταῖς κηλέαις, καὶ σιτῆ μύρον τὰ πύλοντα χαταλείπων, διαθηρῶσιν οὗτοι, καὶ τὰ ρά τῆσιν. ὁ μὲν, κρότω χειρῶν. ὁ δὲ, κεκραγῶς, ὁ δὲ ἀνασείων τὴν χλαμύδα. καὶ οἱ δὲ, ὑπερπέτονται τῷ θηρίῳ καταβοῶντες. οἱ δὲ, μεθέωσιν αὐτὸ περὶ κατ' ἰχνῶ. ὁ δὲ, ὡς ἐπὶ ῥίφων ἑαυτὸν ἄρμησε καὶ τὸ θηρίον ἀλλῶ ἐζάπετο ὁ δὲ, ἐπιβλεῦει τῷ σκέλει τῷ λαγῶ. τὸν δὲ, καὶ διαλίθῃσεν ἡρηκότα. γελῶσιν οὖν, καὶ καλαπεπλάκασιν. ὁ μὲν, εἰς πνευρᾶν, ὁ δὲ, πρηνῆς. οἱ δὲ, ὀππιοι, πάντες, εἰ τοῖς τῆσ διαμαρτίας σχήμασι. τοῖς εἰς ἢ οὐδεῖς, ἀλλὰ πειρῶνται αὐτὸν ελεῖν ζῶντα, ἰσρεῖν τῇ Αφροδίτῃ ἡδίστον.

NE lepus quidem ille nos fugiat, sed eundem venemur, vna cum cupidinibus. Hanc feram sub malis sedentem, quæ poma cædiua, partim edit, partim semesa relinquit; amores venantur. Hic quidem manuum plausu, ille vero clamitans, tertius chlamydem concutiens; & alij superuolant leporem clamoribus incessentes: alij verò ipsum per vestigia insequuntur. Hic autem, quo impetu se ipsum immisurus irruit? sed fera alio est conuersa. At hic leporis cruri insidiatur: huius verò è manibus lapsus est. Itaque rident, & ipsi ceciderunt, hic quidem in latus, hic verò pronus. Hi omnes supini, errorem vario indicante habitu: nullus autem sagittas in eum mittit, sed viuum capere conantur. Veneri suauissimam hostiam.

P R A E.